Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Modestia duplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Hier. 9. ſuum, &c. Et Hieronymus. Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad uictimam, &c. Quarto in beneficiis inimicorum; ipſe autem non ſolum malum pro malo alicui non reddidit, ſed & beneficus fuit. Matt. ſeruo principis ſacerdotum auriculam reſtituit. Luc. pro crucifixoribus orauit dicens. Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, &c.

Mat. 26

Luc. 22

Modeſtia duplex.

INterior. Quæ duo facit. Primo reſtringit ſuperfluitatem cogitationum, ad quam inducere debet illud Micheæ. Væ qui cogitatis inutile. Secundo reſtringit ſuperfluitatem deſideriorum, ad quam monemur per Paulum dicentem. Habentes alimẽta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. &c. Altera modeſtia eſt exterior quæ quatuor facit. Primò cauet indecentiam in uerbo. Prou. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus, & prudens eſt. Secundo, in riſu, quia immoderatus riſus oſtendit hominem ſtultum. Stultus in riſu exaltat uocem ſuam, uir autem ſapiens uix tacitè ridet. Vide. D. Baſilius. Nullum habebit ſucceſſum cordis compunctio, ubi fuerit

Mic. 2

1. Ti. 6.

Pro. 17

Ecc. 21.

Baſilius

immoderatus riſus, & iocus. Tertio in
motu corporis, & membrorum. Vnde
Seneca ait. Si cōtinēs es, & animi tui, Seneca.
& corporis motus obſerua ne indeco
ri ſint. Et Iſa. Pro eo quòd eleuatæ Iſa. 3.
ſunt filię Syon, & ambulauerunt ex-
tento collo, &c. Prou. Sex ſunt quæ Prou. 6
odit Dominus, & unum deteſtatur
anima eius, oculos ſublimes, &c. Quar
to in habitu. Vnde Hieronymus. Or- Hieron.
natus, & ſordes pari modo fugienda
ſunt, quia alterum delitias, alterum
gloriam redolet. Et Seneca. Nō ſplen Seneca.
deat toga, nec ſordeat. Et Notandum
quòd interior modeſtia, uel immode
ſtia ſępe per exteriorem cognoſcitur.
Eccleſiaſt. cor hominis immutat faciē Ecc. 13
illius ſiue in bono, ſiue in malo. Et
Hieronymus. Pro ſigno ſunt interio- Hieron.
ris hominis uerba erumpentia. Gre- Grego.
gorius. Intus eſt cuſtodia, quæ com-
poſita ſeruat exterius membra. Et Xi- Xiſtus.
ſtus. Sermo uanus, conſcientiæ ua-
næ index eſt, qualis ſit homo in men
te, uerboſitas depingit in ore, &c.
Laſciua mens lucet in facie, & ſe-
creta cordis motu corporis, & geſti-
bus indicantur. ait D. Hieronymus. Hieron.

Item. Auaritiam latentem par-
uulę rei cupido ſi-
gnificat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN